



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Maryrivm SS. Aciscli Et Victoriæ Germanorum: Ex Ioanne Maldonato
Hispano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

*terrenarum
extimium.*

cuius loci possessor est nominatus, & post mortem alieni sepulchri inquilinus fuerit. Ad miranda profectò & omni præconio maior illa virtus, quæ solam eam possessionem iudicavit preciosam, quæ in se avaritiæ non suscipit vestigium.

Vide Not. C. MARTYRIVM SS. ACISCLI ET VICTORIA Germanorum : Ex Ioanne Maldonato Hispano.

17. Noué.

*Præsentantur
Iudici.*

*Mancipantur
carceri.*

*Diuersis
supplicijs affi-
ciuntur.*

CVM Dion præses, carceres, sæuos cruciatus, mortem deniq; Cordubæ Christianis indiceret, ni sacra continuo facerent dijs, Acisclus & Victoria strenui adeò & fortes in asserenda Christiana religione fuere, vt ad præsidem ducti, nihil se facere iussa principum audacter prædicarent. Quibus Dion admiratus, Vosne, inquit, estis, qui sacra deorum contemnitis? Præstamus nos, ait Acisclus, Christo Deo debitam seruitutem, nõ autem dæmonibus surdisque lapidibus. Erubuit præses ad tam audax responsum, & in ima carceris eos detrudi præcepit.

Postera verò die producti, cum in caminum ignis præcipitarètur, ab angelis excepti laudes diuinas personabant. In fluentum cum saxis ingentibus protrusi, enatant pfallentes; & vocè angelicam audiunt, irrita suorum clientum nõ fore vota. His Dion perceptis rotas iubet afferri; ignem sub rotis accendi; oleum desuper infundi. Acisclus & Victoria circumactis rotis certè affabantur; sed precibus instabant supplices, vt ignis extingueretur, ne victoria Dion exultaret. Itaque subito prorumpens flamma, quam-

quamplurimos ethnicos interemit . Dion cum eos vinci tormentis posse omninò diffideret; sagittis Victoriam confecit, & Aciscium iugulavit.

*Deus in
martyrio co-
venitur.*

VITA S. HVGONIS, LINCOLNIENSIS Episcopi; professione Carthusiani: Ex ea qua est apud V. P. Laurent. Sur. Tempus obitus eius patet infra.

*Vide C. Ba-
ron. Notat.
ad Martyr.
Rom.*

S Hugo è Burgundiæ provincia claris natalibus ortus, patrem habuit militaris opinione virtutis cum primis celebrè, & vulgari haudquaquam pietate præditum: utpotè qui filium ferè octennem, vxoris iam solatio destitutus, spiritali militiæ deuotus obtulerit. Erat non longè à castro eius monasterium Canonicorum regularium, quod pater eius præcipuo quodam affectu colebat, filiumque in eo cælestibus disciplinis imbuendum curavit. Fuit nouellus Christi tyro peramanter susceptus, & seni cuidam religione & eruditione celeberrimo traditus; cuius industria ad tantam virtutum omniù perfectionem peruenit: ut pater, eius potissimum exemplo permotus, relicta dignitate terrena, in eandem militiæ societatem concesso. Cum autem Hugo nonumdecimum ætatis attingisset annum, cunctis tunc virtutibus egregiè ornatus, sacro Leuitarum ordine est initiatus. In quo gradu cum admirandis virtutibus eniteret, statim parochiæ cuiusdam administratio ei concredita fuit: cui sanè cum summa virtutis & prudètiæ opinione præfuisse memoratur.

*17. Nouè.
Patria &
paries eius.*

*Nutritur in
monasterio
Canonicorū
Regularium.*

*Anno etatis
sue 19. fuit
diaconus.*

M m Post